ELENCHVS FVNGORVM.

CONSCRIPSIT

AVG. JO. GEORG. CAR. BATSCH,

PHIL. D.

ACCEDVNT ICONES LVII. FVNGORVM NONNVLLORVM AGRI JENENSIS, SECVNDVM NATVRAM AB AVTORE DEPICTAE; AERI INCISAE ET VIVIS COLORIBVS FVCATAE a I. S. CAPIEVX.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
APVD JOANNEM JACOBVM GEBAVER.
CIƆIƆCCLXXXIII.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Quam mira cernit mens hominis sagax
Prudensque in astris atque volucribus:
Telluris in sessore multo,
Multiplicique maris profundi!
Excelsa cedrus, nubila vertice
Tangens, et agri vilior herbula,
Auctoris immensam et sagacem
Vim celebrant, pariterque monstrant:
Exclamat isthoc fungus et humidus!
Formaque dispar atque coloribus;
Narratque vim prudentiamque
Mirificam esse parentis almi.

SCHAEFFER.

Gattungen
und
Arten der Schwämme.

Nebst 57 vom Verfasser nach der Natur gemahlten, und von Herrn Capieux gestochnen und illuminirten Abbildungen einiger Schwämme aus der Gegend von Jena.

Halle,
bey Johann Jacob Gebauer,
1783.

Was sieht für Wunder hier die Betrachtung nicht
Am Sternenhimmel und in der hohen Luft,
An tausendfachen Erdbewohnern,
Und an den Schaaren der Meerestiefe!
Die hohe Zeder, die an die Wolken reicht,
Das kleine Blümchen, das auf der Wiese wächst,
Bezeugen gleich die unerforschte
Und die unendliche Kraft des Schöpfers:
Auch feuchte Schwämme, mit mannichfaltiger
Gestalt und Färbung, sagen sein grosses Lob;
Erzählen von Allvaters Weisheit,
Rühmen, wie jene, des Mächtgen Wunder.

Schäffer.

SERENISSIMO PRINCIPI

ET

DOMINO

CAROLO AVGVSTO

DVCI SAXONIAE

JVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE MARCHIONI MISNIAE PRINCIPALI DIGNITATE COMITI HENNEBERGAE COMITI MARCAE ET RAVENSBERGAE DYNASTAE RAVENSTEINII

REL. REL.

RECTORI ACADEMIAE JENENSIS MAGNIFICENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS,
DVX CLEMENTISSIME!

TVA, SERENISSIME PRINCEPS, clementia, qua vitam meam academicam curis gravioribus liberabas, omnino gratiarum maxime devotam et fidelem jubet actionem. Longius jam abhinc publice easdem declarandi fixum quidem mihi erat propositum, at etiam impedimentis non vincendis suppressum; lugeoque, quod praesente occasione nec beneficio nec votis pretio suo respondeat factum.

Attamen TVA clementia fretus gratiosam hujus opellae receptionem me assecuturum spero, cui tam ingenii paupertas, quam auxiliorum defectus ulteriorem perfectionem denegabant.

Exstant jam monumenta amoris TVI erga terras subditas excellentissimi orbi exposita, et inter reliquas plures scientias studium naturae praecipua attentione tueri es dignatus.

Jussu TVO, PRINCEPS CLEMENTISSIME, labores indefessi et immortalis Walchii conservati, et cum musei TVI divitiis in thesaurum collecti sunt, cujus contemplatio seris temporibus animum intuentis statori suo reddet devotissimum.

Ex

Ex his et mihi fiduciam comparare posse credidi, cum TIBI specimen laborum, partem illius scientiae dilectae, humillime offerre ausus sim.

Vota piissima pro TVA salute adnecto, TVAEQVE clementiae me venerabundus commendo.

Gratulor mihi de felicitate, quod esse possim

SERENITATIS TVAE

Vinariae d. XXV. Jun.
CIↃIↃCCLXXXIII.

Subjectissimus
AVG. IO. GEORG. CAR. BATSCH.

Dem

Durchlauchtigsten

Fürsten und Herrn

HERRN

Carl August

Herzogen zu Sachsen,

Jülich, Cleve, Berg, Engern und Westphalen; Landgrafen zu Thüringen, Markgrafen zu Meißen, gefürsteten Grafen zu Henneberg, Grafen zu der Mark und Ravensberg, Herrn zu Ravenstein rc. rc.

Rektor Magnificentissimus der Akademie Jena,

Meinem gnädigsten Fürsten und Herrn.

Durchlauchtigster Herzog,

Gnädigster Fürst und Herr!

Diejenige Gnade, welche **Ew. Herzogliche Durchlaucht** durch Unterstützung meines akademischen Lebens mir angedeihen ließen, erfordert meinen unterthänigsten und treusten Dank. Schon längst hatte ich es mir zur Pflicht gemacht, denselben öffentlich an den Tag zu legen, allein durch Umstände, welche außer meiner Gewalt waren, wurde ich daran behindert; und selbst jetzt, da sich eine Gelegenheit zeigt, entspricht sein Werth weder der Grösse der Wohlthat noch meinem Willen.

Jedoch von der Gnade **Ew. Herzoglichen Durchlaucht** kann ich eine huldreiche Aufnahme dieses geringen Werks hoffen, da mich zum Theil meine eigne Schwäche, zum Theil der Mangel an Hülfsmitteln ausser Stand gesetzt hat, etwas besseres hervorzubringen.

Ew. Herzogliche Durchlaucht haben der Welt schon jetzt Denkmale der thätigsten Liebe gegen **Ihre** Lande zu beständigem Andenken errichtet, und unter denen meisten Wissenschaften hat sich auch die Betrachtung der Natur **Höchstderoselben** vorzüglicher Theilnehmung zu rühmen gehabt.

Die Mühe des unermüdeten und unvergeßlichen Walchs wurde durch **Ew. Herzoglichen Durchlaucht** Vorsorge erhalten, und mit denen schon im Fürstlichen Cabinet vorhandenen Reichthümern in ein grosses Ganze vereinigt, bey dessen Anschauen noch in später Zeit mancher Freund der Natur das Andenken seines Stifters segnen wird.

Auch

Auch dieses schien meine Kühnheit zu entschuldigen, indem Ew. Herzogliche Durchlaucht jetzt eine Probe meiner Arbeit, als einen Theil jener geliebten Wissenschaft von mir unterthänigst überreicht empfangen.

Mit denen schuldigsten Wünschen für das Wohl Ew. Herzoglichen Durchlaucht empfehle ich mich Höchstdenenselben zu Gnaden, der ich es für das größte Glück schätze mich nennen zu dürfen

Ew. Herzoglichen Durchlaucht

Weimar, am 25. Jun. 1783.

unterthänigsten Knecht

Aug. Joh. Georg Carl Batsch.

PRAEFATIO.

I.

Per plures jam annos naturae, quibus agrum jenensem ditavit, delicias in regno lapideo, vivente, et animante disquirere annisus sum. Praecipue, an ob formarum singularitatem, et proprium quasi eorum genium, an ob umbrosos lucos recondentes, verem et autumnum gratum ea nutrientem, vel ob aliam causam, nescio, me in toto agmine vegetabili cryptogama, vel sic dicta floribus orbata vegetantia, ad spectandum dulcissime invitarunt. Et inter hos, occasione et otio ad necessariam perlectionem operum de muscis filicibus et algis scriptorum deficiente, fungos, minus rimatos, in animi oblectationem mihi reddidi proprios. Collegi, depinxi et descripsi, quantum in vita peracta, annorum et ingenii parvitate impediente, huic electo labori tribueri potui. Demum, cum coelum patrium aliocum esset commutandum, et spes plura praestandi, otiique largioris admodum nebulosa exsisteret, non inconsultum duxi, si eadem fragmenta, quamvis exigua, scientiae fautoribus et naturae amicis, ut natura concedebat, offerrem. Attamen

Vorrede.

I.

Schon seit vielen Jahren hab ich mir angelegen seyn lassen, diejenigen Schönheiten, womit die Natur die Gegend von Jena in Rücksicht auf alle drey Reiche beschenkt hat, zu untersuchen. Unter allen Gewächsen zogen die cryptogamischen oder blüthenlosen meine Aufmerksamkeit am meisten auf sich, wiewol ich nicht bestimmen kann, ob ich diese Theilnehmung ihrer sonderbaren, ganz von den übrigen abgehenden Gestalt, denen Schattenhaynen, dem angenehmen Frühling und Herbst, in denen sie zum Vorschein kommen, oder einer andern Ursache zuschreiben soll. Und selbst unter diesen fiel meine Wahl besonders auf die Schwämme, welche weniger untersucht sind, und das Nachlesen so vieler Schriften, wozu ich weder Zeit noch Gelegenheit hatte, weniger nothwendig machen, als die übrigen. So viel als mir Alter und Geisteskräfte vorjetzt erlaubten, hab ich von diesen Gewächsen gesammelt, gezeichnet und beschrieben; und da ich meinen Geburtsort mit einem andern vertauschen muste, auch nicht wohl wissen konnte, ob ich sobald zu mehrern dergleichen Arbeiten hinreichende Muße haben würde, so hielt ich für rathsam, diese Bruchstücke, so wie ich sie aus den Händen der Natur empfangen hatte, den Freunden derselben zu überreichen. Allein da ich noch bisher keinen sichern

tamen cum sola fragmenta, viae ductore securo adhuc mihi frustra quaesito, maxime displicerent, et ego diutius jam e natura ipsa effinxerim habitu distinctos fungorum ordines, nonnihil a cognitis diversos, eos nunc e *Michelii* et *Schäfferi* operibus confirmare, definire, et speciebus, propriis inventis adnexis, instruere malui. Hoc itaque tentamen synopticum illis iconibus praefixi, ut mea, quo loco naturali comprehendantur, et, an nova sint, determinentur; species meis subordinibus contentae non solo vago sermone, sed iconibus, et distincta segregatione sint certiores; et demum ex hoc labore elementari aliquid utilitatis scientiae, seris temporibus primum perficiendae, accedat. Stellula notavi fungos integre et recenter a me visos. Haec erat generalis ratio opellae hujus; benevole excipiant lectores paucula quaedam nunc de nostra synopsi, iconibus et studio fungorum sincera mente, omnique meritis cujuscunque debita observantia, proferenda.

II.

Confusio et inconstantia in fungorum cognitione praecipue exinde oriri mihi videtur, quod raro icones bonae, saepissime descriptiones minus systematicae et valde superficiales, lubitu, non necessitate dirigente, constructae, in hujusmodi scriptis repe-

Wegweiser in dieser Wissenschaft hatte finden können, um den Ort meiner Schwämme darnach zu bestimmen, so wollte mir dieses nicht gefallen; und weil ich schon vordem mir verschiedne Ordnungen der Schwämme entworfen hatte, welche von denen bereits bekannten in etwas abgingen, so suchte ich diese lieber mit Beyhülfe der Werke des Micheli und Schäffer zu befestigen, und indem ich die von mir gefundenen Schwämme beyfügte, mit einem Verzeichniß der Arten zu versehen. Ich habe also diesen systematischen Versuch vor meinen Abbildungen vorausgehen lassen, damit man besser finden könne, welche von meinen Schwämmen neu sind, und wo sie überhaupt in einer natürlichen Anordnung hingehören; damit auch die von mir angegebnen Arten, nicht blos durch eine unbestimmte Erzählung, sondern durch deutliche Bestimmung und Zeichnungen von einander unterschieden würden, und daß durch diese Arbeit eines Anfängers ein in etwas nützlicher Beytrag zu einer Wissenschaft geschehe, welche erst in späten Zeiten ihre Vollkommenheit hoffen darf. Diejenigen Schwämme, welche ich frisch und ohne Zerstückung habe untersuchen können, sind von mir im lateinischen Texte mit Sternchen bemerkt worden. Dieses war das Allgemeine wegen der Einrichtung dieses Buchs, welchem ich noch einiges von meiner Claßification und Abbildungen, wie auch vom Untersuchen der Schwämme beyzufügen habe, und wovon ich wünschen will, daß es meine Leser gütig aufnehmen mögen, da ich mir bewußt bin, daß ich dabey diejenige Hochachtung, welche den Verdiensten zukommt, niemals vergessen habe.

2.

Mir scheint die Verwirrung und Unbeständigkeit, welche in der Schwammkenntniß wahrgenommen wird, vorzüglich daher zu rühren, daß man in Schriften dieser Art selten gute Abbildungen, und sehr oft Beschreibungen antrift, welche nicht fleißig und systematisch genug, und mehr nach Gutdünken, als nach Erforderniß der Sache ver-

reperiantur. Descriptiones fungorum ad nostrum usque diem similes designationibus herbarum a veteribus usitatis, e quibus nec genus, nec species certa eruitur, et quae nobilissimis descriptionibus a *Linnaeo* introductis minime apponendae sunt. Dependentes et subordinati characteres usque ad ultimum distinctionem perducti in descriptione deficiunt. Hoc forsan produxit evitatio nimia laboris; altero impedimento alios cura nimia interim a via naturae abducente. In fungis eodem modo, ac in reliquis physicis et moralibus tristes oriebantur errores, cum contemplantes sententiis artis occupati, hasce millies excolebant, donec in labyrintho opinionum vix imago nebulosa naturae remanserit. Artificiose quidam agmina ingentia fungorum disposuerunt, praestantissimi Viri! — Attamen similia dissolvebant, conjungebant dissimilia, nec, dolor, ultimos characteres reddiderunt satis distinctos. In his vegetantibus sic ut in reliquis, et forsan ob characterum artificialium inconstantiam summam magis, synopsis e natura ipsa petenda est, et hoc consilio, ni fallor, exceptiones tunc pauciores illis violentis distorsionibus occurrent.

III.

Icones ad fungorum historiam summe necessariae, vivis coloribus fucatae, et quidem saepe summa cura exaratae. Nullum systema unquam in regnis naturae constituendum, nisi copia formarum, et proprietatum reliquarum abundanti scrutatori concessa. In reliquis, minutos si excipiamus vermes, ars fere semper corpora ipsa natu-

verfertigt sind. Bis auf unsre Zeit sind immer noch die Beschreibungen der Schwämme denenjenigen ähnlich, welche uns die Alten von den Pflanzen gaben, und woraus sich weder eine gewisse Gattung noch Art festsetzen läßt. Man weiß wie sehr diese von denen schönen linneischen Beschreibungen verschieden sind, deren Werth darinn besteht, daß alle untergeordnete Kennzeichen, vom ersten bis zum letzten, ihre gehörige Bestimmtheit erhalten haben. Vielleicht suchten diese Untersucher der Schwämme sich die Mühe zu vermindern; indeß andere einen zu mühsamen Weg gingen, und eben wie die erstere den Gang der Natur verfehlten. Bey den Schwämmen galt hier eben das, was man so oft in der Natur- und Sittenlehre bemerkt hat, daß nemlich die Forscher, je mehr sie den Weg der Kunst verfolgten, immer mehr die Natur und Wahrheit verlohren, bis daß sie nicht im Stande waren, die verlohrne wieder zu finden. Die herrlichsten Männer haben uns künstliche Abtheilungen von ungeheuern Schwammverzeichnissen gegeben, allein, sie haben ähnliche getrennt, unähnliche verbunden, und, leider, nicht einmal die letzten Kennzeichen gehörig deutlich gemacht. So wie in den übrigen Theilen des Pflanzenreichs, und vielleicht noch mehr wegen der äussersten Unbeständigkeit der künstlichen Kennzeichen, müssen wir hier das System nach dem Anschauen der Natur selbst bilden, und wenn ich mich nicht irre, so werden auf diese Weise weniger Ausnahmen, als bey jener Einrichtung gewaltsame Versetzungen zu bemerken seyn.

3.

Mit lebendigen Farben gemahlte, und nicht selten mit äusserstem Fleiß verfertigte Abbildungen, sind bey der Geschichte der Schwämme unentbehrlich. Wir sind nicht vermögend, irgend ein System natürlicher Körper zu entwerfen, wenn wir nicht viele derselben, oder eine Menge ihrer Bildungen und Eigenschaften auf einmal vor uns haben. Wenn wir die zärtesten Geschöpfe aus der Klasse der Würmer ausnehmen,

naturalia conſervare docuit; quod vero auxilium in fungis ſumme fruſtraneum, cum exſiccatio, ſpiritus circumfuſus et balſamus illitus, praecipua conſervationis fundamenta, a contabeſcente hac familia plane ſpernantur. Neque, licet non ipſe viderim, fungos naturaliſſime cera fuſa imitari poſſe, pro veriſimili habeo; cum quidem cera ſubſtantiae, at fere omne artis auxilium partium tenuitati in fungis occurrente non reſpondeat. Icones etiam non omnes in ſcientiae augmentum aeque utiliter adhibendae ſunt. Eae, lineis fundamentalibus confectae, licet in omnibus reliquis vegetantibus ſumme aeſtimandae, in fungis, eodem modo ut deſcriptiones a ſola forma deſumtae, ubi forma vaga operam fruſtraneam ſuſcipiunt, et ubi conſtans, rem gravem graviorem reddunt. Sic et non omnis methodus pictoria et delineatoria, artifici ſingulo quaſi habitualis et propria, naturae deſignationem ubique attinget, ſed ſola ea, quae, fere nunquam propria, ubique naturam fideliſſime ſequitur. Methodus chalcographorum lineis parallelis glabrata, vel brevibus ſparſis hirta, vel decuſſans dura, eodem modo ut aërei quaſi colores Pariſienſium, et laeti Norimbergenſium et Auguſtanorum, licet pretio ſuo minime deſtituantur, undique adhibiti, fungos naturae impares alios, alios ſimillimos tradent. Huc longe aliter res dijudicanda in uniformioribus his creaturis, quam in plantis per mille determinationes et conformationes totius individui ab invicem diſtinctiſſimis. Utrique artifices conſpirent, ut color, ſubſtantia, ſuperficies et figura accuratiſſime repraeſententur. Certe artificibus *Schaefferi*, ſi pauciſſima fugitive data excipiamus, ſum-

nehmen, ſo hat die Kunſt faſt überall Mittel gefunden, die natürlichen Körper aufzubewahren; allein bey den weichen einſchrumpfenden Schwämmen ſcheint alle Mühe vergebens zu ſeyn, indem ſie weder ausgetrocknet, noch in Weingeiſt erhalten, noch balſamirt werden können, wie die übrigen Naturkörper. Ich habe zwar nie einen aus Wachs nachpuſſirten Schwamm geſehen, allein ob ich gleich glaube, daß man damit das Weſen des Schwamms ſehr gut nachmachen könne, ſo ſcheint mir dennoch alle Kunſt weit unter dem zarten Baue der meiſten Schwämme zu ſtehen. Auch alle und jede Abbildungen ſind nicht geſchickt, die Kenntniß der Schwämme zu vermehren. Die Zeichnungen mit bloßen Grundlinien ſind, ſo viel ich einſehen kann, bey allen andern Pflanzen äuſſerſt ſchätzbar, allein bey denen Schwämmen würden ſie, ſo wie die Beſchreibungen, welche ſich blos nach der Geſtalt richten, in dem Falle, wo die Bildung unbeſtändig iſt, vergebens ſeyn, und wo ſie beſtändig blieb, die ohnehin ſchwere Sache noch merklich ſchwerer machen. So können wir auch nicht jede Mahler- und Kupferſtechermanier überall hierbey anwenden, ſondern allein diejenige, welche ſich gewöhnt hat, ganz und gar der Natur auf jeden Wink zu folgen. Die Thurneißeriſche Manier mit gleichlaufenden glättenden Strichen, die Rembrandtiſche kritzliche und rauhe, und die feſte Preißleriſche mit kreuzenden Strichen, dieſe würden, ſo wie die duftigen vertriebnen Farben der Pariſer, und die bunten lachenden, deren ſich die Künſtler von Nürnberg und Augſpurg bedienen, wenn wir ſie überall anwenden wollten, einige Schwämme der Natur ſehr gleich, andere aber ſehr unähnlich darſtellen. Hier haben wir uns die Sache ganz anders vorzuſtellen, als bey den Pflanzen, welche durch tauſend Beſtimmungen und Bildungen des ganzen Körpers hinlänglich von einander können unterſchieden werden. Sowol der Kupferſtecher als der Mahler muß ſich beſtreben, daß Geſtalt, Weſen, Oberfläche und Farbe des Schwamms auf

summa manet laus, quod primi, manu et ingenio docili naturales fungorum picturas exaraverint; et viro laboriosissimo, quamvis descriptiones nimis videantur breves, quod tanto ardore, immo propriis maximam ad partem sumtibus, trecentas tabulas coloratas neglectae et dignioris familiae, thesaurum summe aestimandum, nobis dederit. Plura, fateor, jam de aliis protuli, quam fas esset illi, cui judicium de proprio labore fuisset exspectandum. Spero cognoscent artis periti sedulo plerasque icones meas esse exaratas, et reliquarum subreptitios errores ab otii defectu, colorum conditione et manu minus exercitata deducent. Plura taxavi, quae forsan saepius in ipso libello invenientur, at vix carpendum censeo istum, qui, meliora proponens, conamine operi minore, inferiora tantum attingit. Saepe nimis raptim haecce picturae instituendae, sit, quod alia pingentem avocent officia, vel fungus ipse, ante tempus ad iconem perficiendam necessarium, contabescat. Nil vero mali iconi exinde oritur, cum exercitata manus exacte, sine veritatis detrimento, re ipsa non praesente vel corrupta, omissa supplere possit, si sat cito, memoria ideam adhuc servante, perfectio tentetur. Etiam non reticendum puto, me speciosa exemplaria depingere non potuisse, cum fere omnia corpora organica telluris jenensis, quotquot observare potui, aliis aliarum regionum producantur minora, quamvis proportionem et colorum amoenitatem vix unquam amittant. An ob soli altitudinem, vel qualitatem internam hoc fiat, nescio. Iconibus ipsis propriam nullam explicationem adjeci, cum per se pateant designationes fungi totius, vel dissecti, con-

spectus

auf das genaueste in der Abbildung getroffen werden mögen. Wenn man einige wenige flüchtig gearbeitete Stücke wegrechnet, so muß man denen Künstlern, welche am schäfferischen Werke gearbeitet haben, das gröste Lob zugestehen, da sie die ersten sind, welche auf das geschickteste die Schwämme in ihrer natürlichen Gestalt abgebildet haben; und, ob die Beschreibungen gleich sehr kurz abgefaßt sind, so verdient gewiß der durch seinen ausserordentlichen Fleiß längst berühmte Verfasser unsern grösten Dank, da er, sogar meistens auf eigne Kosten, dreyhundert illuminirte Tafeln derer immer noch sehr wenig geachteten schönen Schwämme uns überliefert hat. Vielleicht habe ich aber schon zu viel von andern gesprochen, da ich doch selbst erst das Urtheil über meine eigne Arbeit hätte erwarten sollen. Ich hoffe, daß Kunstverständige bemerken werden, daß ich die mehresten Abbildungen nicht obenhin ausgearbeitet habe; und bitte, daß sie die bey denen übrigen eingeschlichnen Fehler dem Mangel an Zeit, meinen Farben, und meiner nicht genug geübten Hand zurechnen mögen. Ich habe manches tadelnswürdig gefunden, welches vielleicht oft selbst in diesem Buche zu finden seyn dürfte, allein ich glaube, daß man eben nicht allzu streng mit demjenigen zu verfahren habe, welcher einen bessern Weg vorschlägt, aber, weil ihn seine Kräfte hindern, nur den mangelhaftern zu verfolgen vermag. Sehr oft muß die Abbildung der Schwämme in einer überaus kurzen Zeit verrichtet werden, theils wegen anderer Geschäfte, theils weil die Schwämme selbst, indem sie zu schnell vertrocknen, uns die zur Abbildung sonst nöthige Zeit nicht verstatten. Hieraus aber entsteht kein Nachtheil, indem eine geübte Hand, wenn die abzubildende Sache gleich verdorben oder nicht vorhanden ist, ohne der Wahrheit zu schaden, die Abbildung zur Vollkommenheit bringen kann, wenn dieses anders zeitig genug, so lange das Bild noch im frischen Andenken ist, unternommen wird. Noch muß ich erinnern, daß es

C mir

spectus paginae inferioris et ichnographia lamellarum.

IV.

Schaefferus quidem, icones solas scientiam fungorum illustrare, et certi quid in eadem determinare posse censet, et fatendum est, icone fida praesente omne dubium protinus esse dissipatum: cum vero litterae multo facilius tam omnibus scientiae amatoribus, quam posteritati communicari possint, his, si unquam designatio constans iisdem constituenda, pretium majus esset concedendum. Nec impossibile hoc videtur, nam, quamvis in omni animali et vegetabili icon omnes characteres contineat, nec illi characteres per se manifestantur, nec systema, compendium et animam hujusce cognitionis, prae se ferunt; et characteres scripti, rarioribus deformationibus exceptis, systemate et philosophia partium suffulti, certius et facilius rerum ideam pingunt abstractiorem. Patet itaque, systemate in aliis regni naturalis provinciis praesente, illud et in hac non denegatum iri. Huic vero construendo quam maxime inserviunt distinctae subordines, praecipue in generibus peramplis, tam ad faciliorem inventio-

ventio-

mir nicht möglich gewesen ist, in die Augen fallende, ausgezeichnet schöne Schwämme in der Abbildung zu liefern, da ich, so viel ich noch bisher beobachten konnte, fast alle organische Körper der jenaischen Gegend kleiner gefunden habe, als die aus andern Gegenden, ob sie gleich sehr selten an Gleichmaas und Farbenmischung denen andern etwas nach geben. Ob dieses von der Höhe der Gegend, oder dem innern Gehalt des Bodens abhängt, kann ich nicht sagen. Denen Abbildungen selbst hab ich keine eigene Erklärung beygefügt, da ein jeder leicht die Vorstellungen des ganzen, des zerschnittenen Schwamms, der untern Fläche, nebst dem Grundriß derer Blättchen von einander unterscheiden kann.

4.

Schäffer ist zwar der Meynung, daß die Abbildungen allein im Stande wären, die Geschichte der Schwämme zu erklären, und etwas gewißes in derselben zu bestimmen, und es ist gewiß, daß durch eine treue Mahlerey aller Zweifel sogleich gehoben werde; allein da Schriften weit leichter als Abbildungen, nicht allein allen Liebhabern, sondern auch denen Nachkommen können überliefert werden, so wird man diesen einen weit grössern Werth zugestehen müssen, wenn es irgend möglich ist, daß man vermittelst derselben eine gewisse Bestimmung verfertigen kann. Und dieses scheint gar nicht unmöglich zu seyn; denn, obgleich die Abbildungen aller Thiere und Gewächse alle Kennzeichen besitzen, so werden sie an und für sich uns keinesweges dieselben zu erkennen geben, und uns sogleich auf die Eintheilung führen, welche in dieser Art von Wissenschaft vorzüglich Geist und Leben durch die Uebersicht des Ganzen verbreitet. Wenn wir die seltneren Abweichungen ausnehmen, so bezeichnen uns die schriftlichen Bestimmungen weit leichter und sicherer die allgemeinen Begriffe, wenn sie sich auf Eintheilung und genaue Kenntniß der Theile gründen. Man sieht also hieraus, daß, wenn in andern Theilen der Naturreiche Ein-

theilung

ventionem, quam certiorem notionem. Sic singulus gradus a genere summo ad infimum, vel ab ordine usque ad varietatem firmatur et securior evadit, suadente et succurrente ipsa Natura; longeque pulchrius prodit spectaculum ex ordinatione Numinis multifaria artificiosa, quam e frigide appositis sesquipedalibus et millenarie acervatis descriptionibus. Hoc mihi in pluribus deficere videtur, ut vel nullos, vel non naturales, aut vagos, aut nimis artificiales geometricos characteres in scriptis inveniam. *Linnaeus* ipse summus, cujus merita seculis majora, opere giganteo disquirendo occupatus, non in omnem regionem aequabili ardore aquilinum intendit visum, sed hinc indeque, comite Homero, pennas coelipetas aethereo volatu defatigatas lasse in terram demisit. Hoc, ni fallor, praecipue in amphibiis, in vermibus et in fungis se manifestat, ubi saepe labor ingenio praestantior. Veterum nimiis amplificationibus specierum per varietates lacessitus, omnia quantum potuit laconice in massas nervosas, saepe lectori artificium nescienti inextricabiles, compegit. Sic in Agarici amplissima familia nullas, licet naturalissimas sese monstrent, subdivisiones affert, et multi depictorum fungorum nullo modo speciebus Viri summi supponi possunt. Si recte meminerim, Illustris *Backius* in panegyri *linnaeana* haec nominatim attingit, et plures naturalistas in *Linnaei* fungis vere in iisdem retenta non inventuros, eaque pro novis proclamaturos esse, putat; attamen, quamvis meliora edoctus lubenter relinquam sententiam amatam, vix hoc loco id futurum spero. Hisce commotus, eadem via, at forsan fortuna minori, ut *Lauren-*

theilung oder wahres System möglich ist, man auch hier dasselbe nicht vergeblich suchen werde. Hierzu dienen aber vor allen Dingen genaue Unterordnungen, vorzüglich in denen grösseren Gattungen, wodurch nicht allein das Aufsuchen erleichtert, sondern auch die Kenntniß gewisser befestigt wird. Auf diese Weise wird, selbst nach dem Wink und mit Beyhülfe der Natur, das allgemeine Kennzeichen bis zu dem besondersten, die Ordnung bis zur Abart, in ihrem Begriffe sicherer bestimmt; und man erhält dadurch eine weit schönere Aussicht auf die mannigfaltige und, fast so zu sagen, künstliche Vertheilung und Unterordnung des Schöpfers, als wenn man tausend, bis zum Ermüden verlängerte Beschreibungen in einer Reyhe kalt neben einander hinstellt. Und eben dieses scheint bey denen mehresten zu fehlen. Theils findet man gar keine, oder unbeständige und unnatürliche, oder allzugezirkelte Beschreibungen. Selbst Linne', der im ganzen weit über mein Lob, und über die Veränderungen der menschlichen Gesinnungen erhaben ist, hat nicht überall mit gleicher Stärke das kolossalische Werk, so er sich zum Gegenstande erwählt hatte, verfolgen und bearbeiten können. Dieses scheint mir vorzüglich bey denen Amphibien, denen Thieren aus der Classe der Würmer, welche weder Knochen- noch Schaalenthiere sind, und bey denen Schwämmen der Fall zu seyn, wo es oft scheint, als wenn die Arbeit und der mühsame Fleiß die Stelle des, in denen übrigen so sichtbaren Genie's vertreten hätte. Der große Mann wurde unwillig über die ungeheuern Vermehrungen der Arten durch Abänderungen, welche die Alten so gern unternahmen, und in der Folge drängte er alle seine Begriffe so kräftig zusammen, daß man sehr oft nicht im Stande ist, seine Meynung zu entziffern, indem der Schlüssel, seine originelle Gedankenreyhe, fehlt. So finden wir unter der grossen Menge derer Blätterschwämme keine einzige Unterabtheilung, so natürlich dieselben auch hätten seyn können, und viele derer Schwämme, welche in Abbildungen vor-

Laurentius Viennensis Systema amphibiorum, novum struxi Systema fungorum, cui malignus censor vix detrimentum afferat, cum mihi solus animus fuit, in oblectationem aliorum scrutatorum meas cogitationes communicandi, et ipse *Linnaeus* emolumentum artis e systematum diversitate enasci censet. Bene perspectum habeo quantum perfectioni opellae meae desit, et quantum me anni, auxilia aliorum, et proprii ingenii vires defectu suo in limatione et pulchritudine ejusdem impediverint. Subordines et genera systematicis legibus enumeravi, et brevitatem nimiam aeque ac nimis diffusam orationem evitare tentavi. Nec autorum synonima, qui labor certe similium laboriosissimus fuisset, et nomina provincialia, saepe admodum confusa et fallacia, ob temporis angustiam adjungere potui, quae etiam exactam philosophiae partium delineationem mihi prohibuit. Elegi characteres ex iconibus, vel natura sola, vel utrisque junctis, et in secundo casu forma systematica et sufficiente definitione eosdem firmavi. Notas desumsi a fungo nec juvene nec sene, figuraque frequentiori, quae, cum fungi optime in ipso loco, ubi plures socii nascuntur, disquirendi sint, sufficient. Interdum mihi habitus in dijudicandis picturis superficiei et substantiae conditionem in picturis *Schaefferianis* revelare debuit.

V.

vorhanden sind, lassen sich auf keine Weise unter die Arten des grossen Pflanzenbeschreibers bringen. Wenn ich nicht irre, so hat der Ritter Bäk in der Gedächtnißrede auf Linne' ausdrüklich dieser Sache Erwähnung gethan, und glaubt, daß viele Naturforscher manche Schwämme unter denen linneischen Arten vermissen würden, so doch würklich darinne befindlich, und daß daher vieles, längst von Linne' gekannte, für neuentdeckt würde bekannt gemacht werden. Allein, so gern ich dieses glauben möchte, so zweifl ich dennoch, daß sich die Sache so verhalte, und daß ich mich hiervon werde überzeugen können. Aus diesen Gründen habe ich versucht, auf die nehmliche Art, obschon vielleicht weniger glücklich, ein neues System der Schwämme zu entwerfen, als Laurent aus Wien (Synopsis Reptilium Viennae 1768.) bey denen Amphibien gethan hat; und ich glaube daß ich von unbilligen Richtern bey dieser Sache wenig Nachtheil zu befürchten habe, da es bloß und allein mein Zweck ist, meine Betrachtungen andern Naturforschern zu ihrem Vergnügen mitzutheilen, und da selbst Linne' dafür hält, daß die Ausarbeitung verschiedener Systeme der Wissenschaft zum Vortheil gereiche. Ich sehe es gar gut ein, wieviel diesem Buche fehle, um etwas vollkommen zu seyn, und wie sehr mich überdieß der Mangel an Jahren, an Unterstützung und an Kräften an der feinern Ausarbeitung und Verschönerung desselben behindert hat. Ich habe die Unterordnungen und Gattungen nach systematischen Vorschriften dargestellt, und überhaupt sowohl die allzugroße Kürze als Weitläufigkeit zu vermeiden gesucht. Weder die Benennungen derer Schriftsteller, noch derer Einwohner habe ich wegen Mangel an Zeit beyfügen können, da ohnehin das erstere, eine der schwersten, und das andere eine der unzuverlässigsten und verwirrtesten Arbeiten in ihrer Art gewesen seyn würde. Auch hatte ich nicht Zeit genug eine genaue Auseinandersetzung und Bestimmung der Theile des Schwammkörpers, und ande-

anderer dahin gehöriger Dinge zu liefern. Die Kennzeichen sind entweder aus der Natur, oder aus Abbildungen, oder aus beyden zugleich genommen; und im ersten Falle habe ich dieselben durch genaue Bestimmung und den systematischen Vortrag fest zu setzen gesucht. Sie sind überhaupt weder von unentwickelten, noch ihrem Tode nahen Schwämmen hergenommen, wie auch meist, von der gewöhnlichsten Bildung; wovon ich glaube, daß es hinreichend seyn kann, wenn man zumahl die Schwämme da, wo sie wachsen, ihrer viel beysammen sind, und es am füglichsten geschehen kann, untersuchen will. Zuweilen hab ich bey denen schäfferischen Schwammabbildungen, wenn ich Oberfläche und Wesen bestimmen wollte, meine Zuflucht zu der Uebung nehmen müssen, die ich mir in Beurtheilung der Natur aus Mahlereyen erworben habe.

V.

Studium fungorum, quamvis inter omnes botanices partes videatur minime amoenum, tamen nonnullas, et suo jure, eadem pulchritudine allicit, ut urnae et monumenta seculis detrita et obsoleta, quae scrutatores suos majori gaudio superfundunt, quam splendentia, quasi e coelo demissa, recentissima palatia. Non quidem denegare possum, quin quemque sua trahat voluptas, et quid inesse sympathiae lucentes et laetos colores formasque nitidas decompositas spernentis, quae verbis vix exprimitur: Nihilominus autem afferam rationes quaedam, studium magna donatum esse oblectatione manifestantes. Absque omni cultura et impensis greges innumerae horum vegetantium sese nobis offerunt. In locis fere omnibus, aliis, et vix aliis nutritionem praebentibus, inveniuntur fungi: in terra, in muscis, in vivibus utriusque regni putrescentibus, in arboribus vivis et

5.

Ob es gleich scheint, als wenn die Schwammkenntniß unter allen Theilen der Gewächskunde am wenigsten angenehm wäre, so findet man doch, und zwar mit gutem Grunde, daß sie verschiedene Liebhaber der Natur mit eben derselben Schönheit an sich lockt, als die Aschenkrüge und die Denkmähler, welche durch Jahrhunderte zerstört und unkenntlich gemacht worden sind, die Freunde des Alterthums nur immer zu reizen vermögen; und ihnen mehr Entzücken verschaffen als die neusten und glänzendsten Palläste. Ich bin zwar nicht im Stande zu läugnen, daß nicht jeder seinem eignen Hange folge, und daß bey denen erwähnten Dingen eine gewisse Sympathie obwalte, welche das glänzende, helle, und bunte weniger für sich geschaffen findet, und welche mit Worten nicht kan erkläret werden; nichts destoweniger werd ich mich bemühen verschiedene Gründe anzuführen, welche darthun können, daß es dieser Wissenschaft keinesweges an Vergnügung fehle. Ohne alle Wartung und Kosten stehen ganze Heere dieser Geschöpfe zu unserer Untersuchung bereit, und zwar fast an allen Orten, wel-

et demortuis, locisque suffocatis; sic ut longa oratione opus esset ad omnes locos eorum speciatim recensendos; cui accedit, quod nonnulli plane singulares et individualiter proprios agnoscant. Formarum luxurians varietas, item colorum et substantiarum ac in ullo unquam vegetabilium provincia, possibilis, nobis fere huc praebetur, oblectationum sensus et judicii humani facile maxima. Variant fungi laetissimo spectaculo, compositionibus fere infinitis: Tenelli, crystallini, microscopici, gigantei, lignei firmissimi, simpliciter fornicati, scitaminei appendiculis ornati multiplicibus; Gregati, stipitati, sessiles repentes, ramosi divergentes, rari solitarii; Nutantes, strictissimi, assurgentes; Crassi rudes elegantissimi; Erecti, humiles; Chaos rude cingentes latebris reconditi, aperte superbientes; Circulares, ovales, angulati, cordiformes, repandi, dentati, lineares, clavati, filiformes, globosi, ramosi, fruticulosi; Rimosi, canaliculati, striati, muricati, scabri, hirti, nitentes, glaberrimi, delicati, Antiquati, obsoleti, vel laete colorati. Labores circa fungos, licet summi viri se iisdem subjecerint, nondum exantlati, nondum ad unguem perpoliti sunt, et larga messis restat quaerentibus. Gaudia microscopica praecipue in fungorum disquisitione in auxilium vocanda. Campus etiam in iis physiologicus, et, ut *Moldenhawerus* (Diss. de vasis plantarum, praecipue radicem herbamque adeuntibus Traj. ad Viadr. 1779.) demonstravit, anatomicus diligenti observationi reliquitur minime depauperatus. Aliis insuper plantis, florens et virens anni tempus condecorantibus, jam sopore totius naturae frigido obtectis,

welche andern Gewächsen Nahrung geben, ja selbst da wo sonst keine andern aufkommen können. Wir finden sie auf der Erde, unter denen Moosen, auf abgestorbnen und verwesenden Theilen des Thier- und Pflanzenreichs, auf frischen und verdorbnen Bäumen, und allen dumpfigen, feuchten, eingeschloßnen Oertern; so, daß man viel zu erzählen hätte, wenn man alle Oerter besonders nacheinander anführen wollte; wozu noch dieses kömmt, daß verschiedne an Oertern zum Vorschein kommen, welche ihnen einzig und allein eigen sind. Die mannigfaltige Veränderung der Gestalt, des Wesens und der Farbe macht gewiß einen grossen Theil des Vergnügens der menschlichen Empfindung und Beurtheilung aus, und dieses finden wir bey denen Schwämmen fast eben so sehr, als irgend in einem Theile des Gewächsreiches. Diese Geschöpfe sind aufs schönste und fast unendlich in dieser Rücksicht von einander verschieden. Einige sind zart, hell wie Crystall, und sind ohne Vergrößerung fast unsichtbar, andere haben eine riesenmäßige Grösse, und bestehen aus einem harten Holz; manche sind auf das einförmigste gewölbt, manche mit mannigfaltigen Verzierungen und Anhängen versehen. Wir finden welche haufenweis beysammen, auf Stielen, oder an der Erde fortkriechend; manche theilen sich in Aeste, und wieder andre stehen einzeln, und selten. Die Körper oder die Stiele steigen bey einigen starr aufwärts, bey andern machen sie aufsteigende Bogen, und bey einigen nicken sie abwärts; dicke, unförmliche, niedliche, aufgerichtete und niedergebeugte Gestalten wechseln mit einander ab. Verschiedne wachsen in dunkeln Höhlen auf unförmlichen und schlechten Klumpen, andere stehen mit ihrer ganzen Schönheit, frey, am Tage zur Schau. Die Gestalten sind überaus mannigfaltig, wir finden sie zirkelrund, eyrund, eckig, herzförmig, ausgeschweift, gezähnelt, bandförmig, keulenähnlich, fadenförmig, kugelig, ästig, und buschig. In Ansehung der Oberfläche sind sie mit Ritzen, Rinnen, Streifen, und knotigen Her-

tectis, mortuis vel denudatis: hi fungi tellurem in nebulosis hyemis diebus scrutatori exhilarant, et naturae adventum ac discessum vere et autumno comitantur: Tuncque, expertus testor, fere amicis suis gaudium majus, quam aestas undique ditissima, largiuntur. Haecce creaturae, e gelatinula difformi et invisibili semine productae, sese sensim evolvendo, et figuram apparenter vagam stricte servando, una cum pulcherrima planta eandem pio animo communicant venerationem, et paradisicum gaudium, quod tantum legiones naturae, a Numine perenni servatae, procreare possunt.

Hervorragungen versehen, rauh, rauchhaarig, glänzend glatt oder mit einer sehr zarten Haut überzogen; und ihre Farbe ist bald schlecht und verschossen, bald äusserst frisch und lebhaft. Ferner verdient bemerkt zu werden, daß die Arbeiten in der Kenntniß der Schwämme noch lange nicht zu Ende sind, und daß jeder Untersucher noch viel vor sich hat, obgleich die größten Männer schon dabey ihr Heyl versucht haben. Auch die mikroskopischen Betrachtungen finden hier vorzügliche Unterhaltung, und sind oft hier ganz unentbehrlich. Für die Physiologie ist noch viel übrig gelassen, so wie für die anatomische Untersuchung, wovon ein Beweis in der moldenhawerischen Abhandlung, welche als Streitschrift von denen Gefäßen der Gewächse zu Frankfurt an der Oder 1779 erschien, zu finden ist. Ueberdies finden wir die Erde in denen nebligen Wintertagen, wenn alle Pflanzen, deren Blüthen und Blätter die Tage des Sommers verschönerten, schon unter dem allgemeinen Schlafe der Natur begraben liegen, und gestorben oder ihrer Schönheit beraubt sind; dann, sage ich, finden wir die Erde mit diesen Geschöpfen überdeckt, und diese Schwämme begleiten auch die schönsten Zeiten des Jahres, das Kommen und Scheiden der blühenden Natur. Und gewiß, sie verbreiten alsdenn, wie ich selbst erfahren habe, mehr Vergnügen über ihre Liebhaber, als der Sommer mit aller Fülle zu thun vermag. Diese Kinder der Natur, welche aus einer ungeformten Gallert, und einem unsichtbaren Saamen entstehen, sind im Stande, indem sie sich nach und nach entwickeln, und ihre scheinbar nachlässige Bildung genau beobachten, eben so sehr, als die schönste Pflanze, einem empfindenden Herzen die tiefe Achtung und das paradiesische Vergnügen zu verschaffen, welches einzig die Betrachtung der Heere der Natur, und ihre gleichbleibende Erhaltung durch eine ewige Kraft hervorbringen kann.

VI.

Optarem itaque, ut plures ſe huic amabili labori redderent familiares, lucos ad tacentem umbroſam fungiferam naturam perſcrutandam intrarent eoque non ſolum multum humanae ſocietati fructum, in determinatione certa fungorum et ſecundum hanc inſtituenda virium disquiſitione, ſed etiam dignum animi oblectamentum, Numinis laetam venerationem, reportarent. Parvula haec dedi, ſpero ſinceram mentem ſincera mereri judicia; me meaque naturae amicis amiciſſime commendo, faveant his; aliquando, ſi vires voluntati fuerint aequaliores, meliora danda promitto.

6.

Ich wünſchte daher, daß es mehrerern gefällig ſeyn möchte, ſich dieſer angenehmen Arbeit zu unterziehen, die ſchattigen, ſtillen Hayne zu beſuchen, wo die Natur die mehreſten Schwämme zu bilden gewohnt iſt; Sie würden dadurch nicht allein der menſchlichen Geſellſchaft manchen Nutzen leiſten, indem ſie durch Beſtimmung derer Schwämme ihren Nutzen und Anwendung der Kräfte gewiſſer machten; ſondern es würde Ihnen auch das würdigſte Vergnügen des Geiſtes, welches die freudige Verehrung des ſchaffenden Weſens gewährt, zu Theil werden. Ich habe einen geringen Beytrag geliefert, doch glaube ich daß eine gutgemeinte Sache ein billiges Urtheil verdiene; ich empfehle mich und meine Arbeit denen Freunden der Natur aus freundſchaftlichem Herzen, mit der Bitte, dieſen Verſuch Ihrer Güte nicht ganz unwerth zu achten: zu einer andern Zeit, wenn mein Vermögen meinem Willen weniger hinderlich ſeyn wird, werd ich nicht vergeſſen, etwas beſſeres zu leiſten.

SYNOPSIS FVNGORVM.

ORDINIS NATVRALIS CHARACTER.

Vegetabilia *genitalibus ſimpliciſſimis imperfectis*, *ſeminibus minutiſſimis granulatis*, in *ſuperficie*, vel in *cavo peculiari ſimplici*, aut *pluribus aggregatiſſimis* contentis; — iisque ſolis, raro *ſtaminibus in margine membranae fructificantis externae* etiam conſpicuis: *carnoſa: aphylla: polymorpha;* ſubterranea, vel ſupra terram naſcentia, *non aquatica ſubmerſa.*

Differunt itaque

a) *Genitalibus ſimpliciſſimis imperfectis* ab omni vegetabili ſtaminibus et piſtillis inſtructo e. g. *Lemna*, *Cynomorio*, licet a plantis difformi.

b) *Seminibus ſuperficialibus* a *Tremella* et *Ulva.*

c) *Iſ-*

Eintheilung der Schwämme.

Kennzeichen der Schwämme überhaupt, als einer natürlichen Ordnung der Gewächſe.

Schwämme ſind Gewächſe mit den einfachſten unvollkommenen Fruchtwerkzeugen, welche aus den zärteſten Saamenkörnchen beſtehen, bey welchen ſeltner noch andre ſtaubfadenähnliche Körper am Rande der Haut, welche dieſe Theile enthält, zu ſehen ſind. Die Saamen liegen in der Oberfläche, oder in einer beſondern, für jeden Schwamm einzigen, oder aus mehrern kleinen zuſammengeſetzten Höhle. Das Weſen der Schwämme iſt fleiſchig; ſie haben keine Blätter; ihre Geſtalten ſind äuſſerſt mannigfaltig; ihr Wohnplatz über oder unter der Erde, niemals unterm Waſſer. Sie unterſcheiden ſich daher

a) Durch die einfachſten unvollkommnen Fruchtwerkzeuge von allen Pflanzen mit Staubfäden und Staubwegen, wenn ſie auch von der ordentlichen Pflanzengeſtalt abweichen ſollten, wie z. B. die Waſſerlinſe und das Cynomorium.

b) Durch die Saamen auf der Oberfläche von der Erd- und Waſſergallert.

c) Durch

c) *Iisdem in cavo peculiari* simplici a *Lichene, foliaceis cryptogamis* omnibus, *Fuco, Tremella, Conserva* et *Bysso.*

d) *Carnosa substantia* a *Bysso, Conserva, foliaceis membranaceis.*

e) *Foliorum defectu* vel sic dictae frondis a *Filicibus, Muscis, Marchantia, Jungermannia, Anthocerote, Targionia, Blasia, Riccia, Lichene, Fuco.*

f) *Forma variante* a *prioribus* totius fere regni civibus, magis figuram classi vel ordini propriam servantibus.

g) *Loco subterraneo vel athmosphaerico* a *Fuco, Ulva, Conserva.*

De his characteribus adhuc notandum, ad

a) *Pistillum nullum* ob minutiem conspicuum, *sola sessilia granula*, sibi toto tempore, quo contemplare licet, sibi *magnitudini similia*, et, ut Michelii experimenta testantur, *vera semina* in omnibus occurrunt. Corpora *oblonga filamentis sustentata* Michelio inventori flores, f. *Stamina* audiunt. Itaque nec in ipsis affinibus plantis aenigmaticis et dubiis *structuram tam simplicem* invenimus. *Cava pollinifera artificiosa* nobis spectanda veniunt in *Filicibus, Muscis, Marchantia, Jungermannia, Anthocerote,* et *Lichene.* Semina *magna* in quibusdam priorum, in *Riccia, Blasia* et *nonnullis Filicibus* reconduntur.

b) Se-

c) Durch das besondre, für jeden Schwamm einzige Saamenbehältniß von der Flechte denen blättertragenden Pflanzen ohne deutliche gewöhnliche Blüthe, von dem Meergras, der Erdgallert, dem Wasserfaden, und dem Staubgewächs.

d) Durch das fleischige Wesen von dem Staubgewächs, dem Wasserfaden und denen verwandten Geschlechtern welche häutige Blätter tragen.

e) Durch den Mangel der Blätter, oder des mit dem Stamme verwachsnen Blatts, von denen Farrnkräutern, der Marchantie, der Jungermannie, der Hornblume, der Targionie, der Blasie, Riccie, der Flechte und dem Seegras.

f) Durch die Veränderlichkeit der Gestalt beynahe von allen andern Gewächsen, welche mehr die jeder Classe und Ordnung zuständige Bildung beybehalten.

g) Durch ihre Wohnung unter der Erde oder über derselben in der Dunstkugel von dem Seegras, dem Wasserfaden und der Wassergallert.

Bey diesen Kennzeichen ist noch zu merken, bey

